homo fratrũ cõmercia declinare. quod tamẽ posterius mihi duco tolerabilius, quã in his, quæ
sunt cõscientiæ & fidei, cuiusquã hominis iugũ subire. Itaqȝ quo mihi cunqȝ res cadat,
stat sententia, sine ulla simulatione apud eos, qui inquirant, modeste confiteri, quæ me
scio ex æterna Dei veritate percepisse. Nec vobis (audio) res prorsus tranquillas esse. quid
vos turbarit, quove loco sitis (nisi molestum erit) velim rescribas. Simul autẽ te oro et
D. Cornelium meos patriotas, ut vestris me precibus iuvetis apud Christum servatorem.
Sentio enim iam pridẽ, quã nõ suavis vita sit procul ab amicis omnibus importunorum
hominum acerba odia, et diros Sathanæ morsus quotidie sustinenti. Christus Iesus, qui me
extrusit patriæ finibus, concedat mihi tugurium aliquod (dum vivã) quod sit eorũ toler=
nis cõtiguũ, qui inuocant eius nomẽ in spiritu & veritate. Amẽ. Vale mi frater, et vide
quæso num isti huic Henrico Vliet operã dare possis. Bremæ 10. Cale. Mart: 1557.

Tuus studiosus Iohannes Molanus.

Nr. 4)

M. Petro de Smet doctiss. viro amico meo, Hypris.

[= Nncr. a: 11, Nr. 129]

Grata mihi fuit tua erga me animi significatio, quã dedisti incitato hoc ciue vestro ut de
me inquireret, ac si Bremæ essem, salutem tuo nobis nomine precaretur. Nõ essent veteres ami-
ci (in quibus te quoqȝ et Sacerdotẽ hospite meũ numero) tam incerti rerũ mearũ (quales sint,
cunqȝ) nisi tam exulcerata essent hæc tempora, ut me prorsus a scribendis literis absterreat,
non de nihilo metuentem, ne quid cũ amicorũ periculo in eorũ manus incidat, quorum
veloces sunt pedes ad sanguinẽ fundendum. Qui desertis villis insident, qui struunt
latenter insidias (sicut leones in lustris) ut innoxios hoĩes suis unguibus implicent ac
perscindent. Nunc tamẽ, quoniã eũ virũ nactus sum (ut arbitror) cui tuto credam,
pauca vobis cũ de meis rebus, tũ de communi statu religionis indicabo. Meæ res (ut eas
priores expediã) toto hoc triennio eodẽ tenore, humiles quidẽ, attamẽ tranquillæ fuerunt.
Decem me aut. 12 pueri aluerunt docente eos ipsos priuatim & studiis meis fruentem.
Una interim lectione iuui publica schola, ne parũ gratus hospes essem: huius lectio-
nis nomine commorandi mihi datus est locus, et 30. aurei, et immunitas a multis inco-
moditatibus, quibus hic ciues onerantur. Tolerabilis hæc mihi conditio visa est longe infra me-
diocritatem erudito: præsertim in ea urbe, ubi sine periculo liceat sacras literas auide arri-
pere, et pro modulo, quẽ dedit Dominus, pietatẽ colere. Cæterũ (ut nihil est stabile sub
luna) detractum est aliquid ei qualicunqȝ felicitati his mensibus proximis, qui nõ mea
modo (quã sane nõ debeo tanti pendere) sed publica totius Ecclesiæ tranquillitatẽ
tristissimis dissidiis turbarunt. Ea qualia sint, et qua de re, et tute melius ex hoc
viro intelliges, et mihi acerbũ sit commemorare. Itaqȝ nunc eo loco sumus, ut nisi dissi-
mulem, quod veritati consentaneũ sentio, nulla hic mihi deinceps pax sit expectanda.
Non sane quod ego de re ulla peregrinus cũ quoquã contenderim (scio enim quã curta
mihi collata sit a Domino intelligentiæ suppellex, eius finibus me sobrie cõtinens solicite,
semper caui, ne quid mouere non mouendum) sed quia hic morosi quidã hoĩes facta cõ-
spiratione in unius Lutheri verba, omnes vel pilum latũ ab illius dogmatis discedẽtes,
indiscriminatim & eadem (quod aiunt) pertica in hæreticorũ ordine cogunt, ac diris exe-
crationibus prosequuntur. Proinde videor mihi (nisi quid Dominus mutet) hac ipsa æstate
e Saxonia in Germaniã cũ pueris meis transiturus. Superiore quidem autumno idẽ
constitueram, et sarcinæ iã in vasa collectæ erant, sed excitatus per bonos quosdã huius
urbis magistratus flagitauit a me ut saltẽ in ver proximũ differrẽ, ne in hyemẽ inci-
derem dispendio rerum mearũ. Parui, ut debui, sperans fore, ut tandẽ hæc discordia de-
ferueret

ferueret. Sed heu malu serpit ut cancer morbus, nihilq3 ita est propius, quam ut a maledic-
tis ad malefacta veniatur. Sic igitur se habent meæ res hoc tempore: humiles sunt scilicet
et tamen turbulentæ, una hac mea ancora, κυριος Βοηθος μου και λυτρωτης μου. Porro quod at-
tinet ad commune religionis statum (excepto hoc uno dissidio, quod ita acerrimu est, plane q3
(ut dici solet) in acie nouaculæ consistit) huius regionis Ecclesiæ nimis bona pace fruuntur.
Na quod Nasica ille dicebat ab otio plus esse periculi populo, quam a negotio, ide in Ecclesijs lo-
cum habere puto. Certe hic post obsidione (qua etiam confirmata religio fuit) integer usq3
adhuc fuit & inoffensus Euangelij cursus. Quin etia nunc inter doctrinæ certami-
na sic reuiuiscit germana Euangelij puritas, ut qui se in arce esse putauerat, ea pene
nihil videantur hactenus didicisse. Usq3 adeo ubi Deus verbu suum hominibus fecerit,
ibi per medias tenebras inclarescit, ac fit subinde illustrior exoptata lux diuinæ veri-
tatis. Ne quis aute propter hanc de una parte doctrinæ dissensione minoris me facere pu-
tet Euangelicaru ciuitatum autoritate, aut sic cogitet, no multo hic mihi, quam inter papistas
conditione optabiliore esse, illud sine fraude contestor, Vere inter hæc saxa sonare voce Euan-
gelij, et esse hic sanctoru cœtus, qui vocamus Ecclesia Iesu Christi. Papa aute cu suis
Christo e templis profligato & vero Dei cultu horrendis modis profanato mendaci Eccle-
siæ larua gloriari. Ac proinde mihi infinitis partibus melius videri (qualibet sit hic
quoq3 quod me cruciet) apud Euangelicos fame disperire, quam papistoru impijssimis
cultibus communicatem om reru copia honorari. Quo magis miror tot præclaros viros
patriotas nostros, quoru oculos Euangelij splendor ia pride perstrinxit, no aliter affici se-
su miseriarum suaru, nec tandem aliquando hoc agere, ut cogitent quanta sit atrocitas
iræ Dei erga oes, quicunque profanis (hoc est Dei verbo no præscriptis) cultibus etia scie-
tes volentesque polluuntur. Quid tergiuersatione opus est? ubi nos tu ira ipsoru co-
scientiæ no prorsus stupentis ineuitabile iudiciu couincit, tu diuinæ veritatis irre-
fragabilis potentia confundit. Tenedia (quod aiunt) bipenni resecandu esse iugu An-
tichristi (quod cu idololatris siue de industria, siue simulanter trahitur) aut si-
mul cu ipsis pereundu. Si dixero (inquit Magister) me meu Patre no nosse, ero
vestri similis, nempe mendax: ut intelligas silentiu agnitæ veritatis, et veri cultus
dissimulatione, nihil esse aliud, quam impia veritatis ac religionis proditione. In hunc
scilicet fine Deus nos in agnitione Euangelij sui illuminat, ut cordis nostri fide et pie-
tate suo quisque loco & cu opus est, tum ore, tu visibili cultu apud hoies profiteamur.
Quod si abscondimus acceptam a Dño luce, vel abnegado, vel dissimulando, nimiru mani-
festa Magistri sententia in eade trutina ponimur cu mendacibus, cu veneficis, et cu
his denique, quos ipse dicit ex patre diabolo esse. Quare necesse est aut confiteri absti-
nendo, aut fugiendo segregari a sacrilegis sacrificuloru cultibus, aut pœnis eoru inuolui.
Sed ego nimis ineptus quid fuerit propositu oblitus, nec cui scribam cogitans, τὸ μὲν πα-
ρεργον ἐργον ὡς πεποιηκα, τὸ δ' ἐργον ὡς παρεργον ἐκπεποιηκα. Utcunq3 cucurrit calamus,
gaudeo tame me mei animi de vestra salute solicitudine vel obiter vobis indicasse. Filius Dei
Iesus Christus, qui mortuus est, imo qui & suscitatus est: qui etia est in dextera Dei, et
intercedit pro nobis (quod ego eu sæpe flens rogo) misereatur fratru nostroru, nepe omnu
pioru, qui adhuc in patria infelici sub bestiæ cornibus luctantur in magna angustia cor-
dis, ut eluctetur aliquando ex illis Vulcanijs vinculis Sodomiticæ tyrannidis, simulq3 nobis-
cu uno ore glorificent Deu Patre Dñi nri Iesu Christi in sinceritate cultus ac religio-
nis iuxta verbu ipsius æternu. Amen. Vale frater dilecte. Bremæ dominica in pal-
maru ramis. 1557.

Tui tuiq3 similiu studiosiss.

Iohannes Melonius.

Precor salute socero tuo & utriusq3 coniugi et toti familiæ. M. Daniele semper maximi feci,
saluta quæso eum meis verbis quam potes amicissime. D. Franciscu von Horne bene olim de me me-
ritum

[Dies Postscriptum fehlt in
Mocc. a. 11: Nr. 129]

ritum Deo commendo. Fratri meo Petro vonder mole velim hæc per te indicari, Valere ipsius filium quam optime, non illum quidem optimo, sed tamen tractabili ingenio esse, petere me ab ipso ut Cypris apud actuarium persolvat quod ego pro iure civitatis debeo, ab eo tempore, quo tua industria fretus cum actuario transegi, ac deinceps quotannis nummum reddat, mihique expensum ferat, tantundem filii rationibus decisuro. Castiget domi reliquos pueros, et in timore Dei educet, nam hunc ego experior pertinacissime mendacem, ut verear ne hæc eum scabies ad literas discendas inutilem reddat. Quid enim est ingenium natura fraudulentum et pertinax literarum scientia instruere, nisi gladium committere furioso. Dabo operam ut id vitii evellam paulatim, nam est adhuc (ut dixi) tractabilis: si nequit corrigi, discet summam Christianæ doctrinæ, et ad stivam remittetur, ut alius meliore natura in eius locum succedat. Oret meus frater Dominum, et oret cum lachrymis ac sine intermissione ut eripiatur cum uxore et liberis ex illo incendio idolomaniæ execrabilis, quæ per omnia postriæ nostræ templa, per omnes aras, per omnia rostra, per omnes denique angulos horribiliter grassatur. Iterum vale. Si quando ad vos veniet Castricus, excita eum, ut meis literis respondeat.

D. Hermanno Brassio.

Pax Christi.

Nr. 5)

[=

[= Mocr. a. 11: Nr. 130]

Observande frater D. Hermanne Brassi duæ me res cogunt breuem esse: Una, quod te (cum alias semper tum hoc tempore inprimis) gravibus Ecclesiæ scholæque negociis scio esse distentum: Altera, quod postquam ad Iudocum nostrum hospitem scripsi, recurrit mihi his proximis noctibus mea agrotatio, quæ me quasi familiarem sibi factum non facile videtur desertura. Hæc ita mentem iniicit meis studiis, ut nec sedere ad scribendum amicis, nec meditari aliquid præ capitis imbecillitate possim. Huic malo id commodi coniunctum est, quod mihi dies totus pueris docendis fallendus sit. Nam nihil agenti variæ continuo tentationes oboriuntur, quæ in infirmo corpusculo animum quoque affligant. Scribam ergo paucis quæ ad rem faciunt, multum tua humanitate confisus, quæ didicit alienas infirmitates libenter sufferre. Primum enim peto ut mecum laudetis filium Dei crucifixum pro nobis & resuscitatum, quod in illa miserabili angustia, cuius vos mihi conscii estis, excussis diaboli insidiis dederit mihi & meæ miseræ coniugi insperatam relaxationem: Quod sane ipsius immortale beneficium ego, qui in illo ardenti pistro fui, nec recordari nec commemorare desinam, donec mihi hoc corculum in afflicto corpore calebit. D. Iesu Christe fili Dei vivi quas grates persolvam huic tuæ ineffabili misericordiæ Ego putredo & vermis, quod me ex illis horrendis pavoribus extenta manu ereptum ab inferis reduxeris, et bona deinceps spe esse iusseris. Si mihi hoc angustum pectus in lachrymas distillet, si hæc inops quam tui laudationem colliquescat, nunquam hoc consequar pulvis aridus, ut edam aliquam grati animi significationem. Narrabo nihilominus tua in me opera potentissime simul et clementissime Deus. Tu ut alios oppressos ad spem suam in te ponendam provoca, tu ut meum ipsius animum tua unius bonitate acquiescentem magis magisque confirme. Deinde mi frater Hermanne obsecro te ut istis duobus viris (quos Ecclesiæ vestræ inspiciendæ studium isthuc pertraxit) per aliquem fratrum, cui plus quam tibi, otii erit, in eo, quod quærunt, benevolum animum ostendas. Neuter eget, nec volunt cuiquam esse oneri: sed quia sunt vobis ignoti, voluerunt a me aliquid ad vos literarum sibi dari, ut facilius eo perveniant, quo volunt. Alter Adrianus annum (ni fallor) unum hic vixit sine querela. Alter Gerhardus nuper ab Amsterodamo huc profligatus, videtur posse fungi munere non instrenui tocionotoris, uterque de se suo sermone testabitur. Ego quamquam utrique bene volo, tamen neutrum ita novi, ut dicere possim

eos